

Nicolas de Dresde, les textes juridiques qu'il n'a pas insérés lui-même dans la trame de son exposé, ont été ajoutés en note à la suite de leurs références.

* * *

NICOLAI DE DRESDA
Tractatus de usuris

1. [G, 99^r; D, 220^{vb}; F, 127^{ra}] Species usure sunt due, alia spiritualis et equa, de qua dominus in ewangelio: *nonne oportebat pecuniam meam dare nummulariis et ego veniens cum usuris exegissem illam. De qua Matth., XXV¹ et allegative XLVI di, Sicut rem non suo², de qua AUGUSTINUS: miser, cur feneraris homini? Fenerare deo et centuplum accipies et vitam eternam possidebis³. Alia vero corporalis et iniqua et ista] secundum HOSTIENSEM, sic describitur: *Usura est quodcumque solutioni fei mutuate accidit ipsius rei usus gracia, paccione interposita vel exaccione^a habita ex post facto⁴.**

2. Dicitur «quodcumque», quia [D, 221^{ra}] quidquid ultra sortem exigitur usura est, ut XIII, q. III, *Usura⁵*. Dicitur «rei mutuate», quia in contractibus mutui tantum locum habet secundum omnes. In contractu enim vendicionis, non comittitur usura quoad formam sed ex mente, ut scilicet fingatur precium hoc casu ab emptore traditum venditori et sibi postea mutuatum cum lucro. Unde dicit GOFF *quod aliquando, colore quesito, in fraudem iuris canonici quod usuras reprobat et repeticioni favet, transitur de contractu pignoris ad contractum empcionis. Quod ex forma contractus et ex qualitate convincitur creditoris... sicut presumitur contractus usurarius in qua pena adicitur, que legitimum excedit modum⁶.* Dicitur «usus», quia si non gracia usus et con-

exaccione corr. hac intencione

- 1. Matth. 25, 27.
- 2. DG, pars 1a, dist. XLVI, c. 10 (FRIEDBERG, I, 169): «LEO, PAPA: Sicut non suo, ita nec alieno nomine aliquis clericorum exercere fenus attemptet. Indecens enim est crimen suum commodis alienis inpendere et exercere. Fenus autem hoc solum aspicere et exercere debemus, ut quod hic misericorditer tribuimus, a Domino (qui multipliciter et in perpetuum mansura tribuit), recipere valeamus».
- 3. Cf. AUGUSTINI *Sermo CCXXXIX*, c. IV, n° 5 (PL 38, 1128) et AUGUSTINI *In Ps. XXXVI*, n° 6 (P L 36, 386).
- 4. H. DE SEGUSIO, S. A., f° 307^{rb}.
- 5. DG, pars 2a, causa XIV, q. III, c. 4 (FRIEDBERG, I, 735): «*Ex concilio Agatensi: Usura est ubi amplius requiritur quam quod datur. Verbi gratia, si solidos decem dederis et amplius quesieris vel dederis frumenti modium unum, et super aliquid exegeris*».
- 6. G. DE TRANO, *Summa*..., p. 132^{va}.

«... excedit ipsius rei usus gracia, paccione interposita vel exaccione habita ex post facto»

Handwritten notes:

- Top left: *de usu pcc.*
- Top center: *unde Hostius: Summa... lib. III. cap. 27 - de usuris p. 2.*
- Left margin: *De usu pcc. de contractibus... de pcc. de contractibus... de pcc. de contractibus...*
- Right margin: *De usu pcc. de contractibus... de pcc. de contractibus... de pcc. de contractibus...*
- Bottom left: *Exhib. pcc. de contractibus... de pcc. de contractibus...*
- Bottom center: *de usu pcc. de contractibus... de pcc. de contractibus...*
- Bottom right: *de usu pcc. de contractibus... de pcc. de contractibus...*

in talibus rebus, que sic consistunt in numero, pondere et mensura, non debet seorsum computari usus rei [F, 127^{va}] a re ipsa, sed cuicumque conceditur usus, ex hoc ipso conceditur res, et propter hoc in talibus per mutuum transfertur dominium. Si quis ergo seorsum vellet vendere vinum et seorsum vellet vendere usum vini, venderet rem bis vel venderet id quod [G, 100^r] non est. Unde male facit, qui mutuam vinum aut triticum, petens sibi duas recompensationes, unam quidem restitutionem equalem rei, aliam vero precium usus quod usura dicitur ... Pecunia, secundum PHILOSOPHUM, V Ethicorum¹² et in 1^o Politicorum¹³, est inventa ad comunicaciones faciendas et ita proprius et principalis pecunie usus est ipsius consumacio sive detraccio, secundum quod in imutationes expenditur, et propter hoc secundum se est illicitum pro usu pecunie mutuate accipere precium quod dicitur usura¹⁴. Recompensationem tamen potest accipere eius quod fecit, sed non amplius debet exigere. Recompensatur autem aliquis secundum equalitatem iusticie, si tantum ei redditur quantum mutuavit. Unde si amplius exigit pro usufructu rei que alium usum non habet nisi consumptionem substancie, exigit precium eius quod non est, et ita est iniusta exaccio¹⁵. Unde non licet eius usum vendere, cum hoc quod aliquis velit restitutionem eius quod mutuo dedit. Item secundum PHILOSOPHUM in 4^o Ethicorum: omne illud pro pecunia habetur cuius precium potest [D, 221^{rb}] pecunia mensurari¹⁶ et ideo sicut si aliquis pro pecunia mutuata vel quacumque alia re que ex ipso usu consumitur pecuniam accipit ex pacto tacito vel expresso, peccat contra iusticiam, ut dictum est, ita etiam quicumque ex [F, 127^{vb}] pacto tacito vel expresso quodcumque aliud acceperit, cuius precium pecunia mensurari potest, simile peccatum incurrit¹⁷. Si ergo aliquis ex pecunia mutuata expectet vel exigat quasi per obligationem pacti taciti vel expressi, recompensationem muneris ab obsequio vel a lingua, perinde est ac si expectaret vel exigeret munus a manu, quia utrumque pecunia estimari potest, ut patet in hiis qui locant operas suas [G, 100^v] vel lingua exerceant. Si vero munus ab obsequio vel a lingua non quasi ex obligatione rei exhibeatur sed ex benevolencia que sub estimacione pecunie non cadit, hoc licet accipere et expectare¹⁸. Sic repugnat ei obligacio ad mutuum in posterum faciendum, quia etiam talis obligacio pecunia estimari posset et ideo licet simul mutuanti unum aliquod aliud mutuare, non autem eum licet obligare ad mutuum in posterum faciendum¹⁹. Item, si aliquis carius velit vendere res suas quam sit iustum precium et de pecunia solvenda emptorem expectet, manifeste usura committitur, quia huius expectacio precii solvendi habet rationem mutui. Unde quidquid ultra iustum precium pro huiusmodi expectatione exigitur, est quasi precium mutui.

12. ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, l. V, c. V, n° 10 (*Opera*, t. II, p. 58^b).

13. ARISTOTELIS *Politica*, l. I, c. III, n° 10 (*Opera*, t. I, p. 492^b).

14. THOMAE AQ. S. th., IIa IIae, q. LXXVIII, art. 1, in c.

15. *Ibid.*, ad 5.

16. ARISTOTELIS *Ethica Nicomachea*, l. IV, c. I, n° 2 (*Opera*, t. II, p. 38^b).

17. THOMAE AQ. S. th., IIa IIae, q. LXXVIII, art. 2, in c.

18. *Ibid.*, ad 3.

19. *Ibid.*, ad 4.

Berone
St. Isid. 473.

- Jo. Fav. (C)

in Arch. XIII. p. 111.
- pecunia facta est mutuum
deponere =
se curas impiope locata sol pro
mutua non possit
voti... pecunie.
St. Isid. etc.

Quod pertinet ad rationem usure. Similiter eciam si quis emptor velit rem emere vilius quam sit iustum precium, eo quod pecuniam ante solvit quam potest ei [res] tradi, est peccatum usure, quia eciam hiis ista [F, 128^{ra}] anticipacio solucionis pecunie habet rationem mutui cuius quoddam precium est quod diminuitur^c de iusto precio rei empte. Si vero aliquis de iusto precio velit diminuire^d ut pecuniam prius^e habeat, non peccat peccato usure²⁰. Item ille qui mutuum dat, potest absque peccato in pactum deducere cum eo qui mutuum accipit recompensationem dampni per quod subtrahitur sibi aliquid quod debet habere. Hoc autem non est vendere usum pecunie, sed dampnum vitare. Et potest esse quod accipiens mutuum maius dampnum evitet quam dans incurrit. Unde accipiens mutuum cum sua utilitate, dampnum alterius recompensat. Re-compensationem vero dampni quod consideratur in hoc quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere, quia non debet vendere id quod [G, 101^r] nondum habet et quod potest impediri ab habendo²¹. Item si accipiat aliquid non quasi exigens, nec quasi ex aliqua obligatione tacita vel expressa, sed sicut gratuitum donum, non peccat, quia eciam quando pecuniam non mutuasset, licite poterat aliquid donum gratis accipere, nec peioris condicionis efficitur per hoc quod mutuavit²², ita tamen quod non ponatur spes in homine. Non enim debemus mutuum dare vel quodcumque bonum facere propter spem hominis, sed propter spem dei²³. Unde recompensationem eorum que pecunia non mensurantur, licet pro mutuo accipere, puta benevolentiam et amorem eius cui^f mu-[F, 128^{rb}]tuavit, vel aliquid huiusmodi²⁴. Quaedam autem sunt res quarum usus non est ipsa rei consumpcio, sicut usus domus est inhabitacio, non autem dissipacio, et ideo in talibus seorsum potest utrumque concedi, puta cum aliquis concedit alteri domum, concedit usum domus, reservato sibi dominio eius^g. Et propter hoc licite potest homo accipere precium pro usu domus, et potest petere domum comodatam sicut patet in conduccionem et locacionem²⁵. De quibus infra videbitur. Sic usus principalis vasorum argenteorum vel aureorum non est ipsa eorum consumpcio [D, 221^{va}] et ideo usus eorum potest vendi licite, servato dominio rei... Usus autem secundarius argenteorum vasorum posset esse comutacio et talem usum vendere non liceret. Eciam

^c diminuitur] dirimitur G F D

^d diminuire corr. dirimere G F D

^e prius corr. plus

^f et amorem eius cui corr. vel ipsius qui

^g concedit... dominio eius] cum aliquis tradit alteri dominium domus, reservato sibi usu ad aliquid tempus; vel e converso cum quis concedit alicui usum domus, reservato sibi eius dominio S. th.

20. *Ibid.*, ad 7.

21. *Ibid.*, ad 1.

22. *Ibid.*, in c.

23. *Ibid.*, art. 1, ad. 4.

24. *Ibid.*, art. 2, in c.

25. *Ibid.*, art. 1, in c.

similiter potest esse aliquis alius usus secundarius pecunie argenteae, ut puta si aliquis concederet pecuniam signatam ad ostensionem vel ad ponendum loco pignoris. Et talem usum pecunie licite homo vendere potest²⁶. Et de isto etiam infra clarius videbitur. Et si dicitur quod secundum leges civiles conceditur usuras accipere, dicendum quod leges humane dimittunt aliqua peccata impunita propter [G, 101^v] condiciones hominum imperfectorum... et sic usuras lex humana concedit, non quasi estimans eas esse secundum iusticiam. Unde PHILOSOPHUS, 1^o Politicorum, dicit quod usuraria acquisicio pecuniarum est maxime preter naturam²⁷. De quo etiam infra. Et si dicitur tamen: qui accipit mutuum voluntarie tradit usuram. Ergo ille qui mutuatur, licite potest accipere. Dicendum quod ille qui dat usuram non simpliciter dat voluntarie, sed cum quadam necessitate, in quantum indiget pecuniam accipere mutuo quam [F, 128^{va}] ille qui habet non vult sine usura mutuare. Hec THOMAS, ubi supra²⁸. De quibus omnibus plenius infra patebit.

Secundo notandum, prout dicit HUGUCCIO, quod differunt: mutuo, comodo vel accomodo, quia comodamus vel accomodamus illas res que eodem in sui essentia debent reddi, scilicet que non transeunt in possessionem recipientis, ut comodo vel accomodo tibi equum non ad proprietatem, sed ad comodo vel utilitatem, vel ad usum ad quem habeo, tibi do, id est ad equitandum, non ut sit tuus. Unde accomodare dicitur^h, id est cum comodo temporis ad alium transferre. Sed mutuamus illas res que transeunt in possessionem recipientis, ut denarios mutuo tibi, id est, cum sint mei, dando fiunt tui. Et sic mutuo, id est meum tuum, quia illud quod a me tibi traditur, ex meo tuum fit et est dantis (sed mutuo recipientis, id est quasi mutuo accipio. Quilibet ergo caveat abuti hiis verbis. Hec HUGUCCIO²⁹. Et sic comodatum vel accomodatumⁱ est alicuius rei ad aliquam specialem usum gratuita facta concessio. Dicitur «concessio» et non translatio quia is^j qui comodatur, dominium retinet et possessionem. Digesta, De comodato, lege Rei comoda-[G, 102^v]te³⁰. Et sic dicitur «comodatum» quasi comodo utentis datum. Dicitur «gratuita», quia si interveniat merces, transit ad locacionem vel in contractum innominatum ut: do ut des^k, facio ut facias, do ut facias instituta, mandata. Et ultimo dicitur «ad aliquem usum» ut notetur differentia inter comodatum [F, 128^{vb}] et precarium. Precarium enim conceditur sine prefessione certi usus. Unde quodcumque revocari potest. Digesta, De

^h dicitur] dicit G

ⁱ vel accomodatum om. G

^j is] hiis G

^k des corr. das GO.

26. Ibid., ad 6.

27. Ibid., ad 3; ARISTOTELIS Politica, l. I, c. III (Opera, t. I, p. 492).

28. THOMAE AQ. S. th., IIa IIae, q. LXXVIII, art. 1, ad 7.

29. Inédit.

30. Digestorum l. XIII, tit. VI, lex 8 (CJCI, I, 213): «POMPONIUS, libro quinto ad Sabinum: Rei commodatae et possessionem et proprietatem retinemus».

ut tenet
magis proprie
et usum
3

4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

17

us: F

rel. comodato vel accomodato
sed accipit ut utilitatem et ad similitudinem et
in similitudine usum...
ad quodlibet...
concessio licite...
not

precario, lege Precarium^l³¹. Sic etiam depositum, ut *Extra, De deposito*, c. ult.³² Commodatum autem^m ad certum usum conceditur, quia statim subicitur usus ad quem res comodatur, ut *comodavi equum ut ad villam duceres, tu duxisti ad bellum, comodati*ⁿ *teneberis*^o. *Digesta, De comodato*, lege *Si ut certo, § Sed interdum*³³. Et quod usu consumitur non comodatur nisi ad pompam, ut dicitur appareat, ut comodasti michi frumentum sive pecuniam ut amici sponse mee credent me divitem. *Digesta, De comodato*, lege III, § ult. et lege sequenti³⁴. Et quod potest obligari potest comodari et in eisdem rebus consistat precarium, ut *Extra, De precario*, c. ult. in glosa ordinaria³⁵. Isti ergo duo contractus de sui natura debent esse gratuiti. Mutuum enim, nisi sit gratuitum, statim usura est. Unde dicit SALVATOR^p: *mutuum dantes*, etc.³⁶ [*G*, 102^v] Sic, si aliquid recipiatur pro re comodata, desinit esse comodatum et in locacionem sive in alium contractum transire videtur. Tamen non est usura. *Item ubi* [*D*, 221^{vb}] *pecunia datur ad pompam... non est mutuum, sed potius comodatum, sive locacio et inde possum recipere mercedem*, ut *Extra, De usuris, Conquestus*, in glosa³⁷.

6. Sed locacio est per se, vel rei ad usum, facta concessio mercede in pecunia ministranda conventa. Per hoc differt a precedentibus contractibus qui debent esse gratuiti, ut dictum est. Dicitur «in pecunia», quia si de alia re danda facienda-[*F*, 129^{ra}]ve convenitur, non erit locacio, sed contractus

^l *Precarium corr. precario*

^m *autem om. G*

ⁿ *comodati om. D, F, G*

^o *teneberis corr. tenebis*

^p *dicit Salvator om. G*

31. *Ibid.*, I, XLIII, tit. XXVI, lex 1 (*CJCI*, I, 750): «ULPIANUS, libro primo *Institutionum*. Precarium est quod precibus petenti utendum conceditur tamdiu quamdiu is qui concessit patitur».

32. *Decret. Greg. IX*, I, III, tit. XVI, c. 2 (*FRIEDBERG*, II, 517-518): «GREGORIUS IX: Bona fides abesse presumitur, si, rebus tuis salvis existentibus, depositas amisisti. De culpa quoque teneris, si te ipsum deposito obtulisti, vel si aliquid pro custodia recepisses. Pacto vero, culpa vel mora praecedentibus, casus etiam fortuitus imputatur. Sane deponitori licuit pro voluntate sua depositum revocare, contra quod compensationi vel deductioni locus non fuit, ut contractus, qui ex bona fide oritur, ad perfidiam minime referatur, licet compensatio admittatur in aliis, si causa, ex qua postulatur, sit liquide ita, quod facilem exitum credatur habere».

33. *Digestorum* I, XIII, tit. VI, lex 5, n° 7 (*CJCI*, I, 212): «Sed interdum et mortis damnum ad eum qui commodatum rogavit pertinet: nam si tibi equum commodaveris, ut ad villam adduceres, tu ad bellum duxeris, comodati teneberis...».

34. *Ibid.*, lex 3, n° 6 et lex 4 (*CJCI*, I, 179): «Non potest commodari id quod usu consumitur, nisi forte ad pompam et ostentationem quis accipiat».

«GAIUS, libro primo de verborum obligationibus. Saepe etiam ad hoc commo-dantur pecuniae, ut dicis gratia numerationis loco intercedant».

35. *Decret. Greg. IX cum glosis*, I, III, tit. XIV, c. 3 (*CJCa*, II, 1117).

36. *Lc* 6, 35.

37. *Decret. Greg. IX cum glosis*, I, V, tit. XIX, c. 8 (*CJCa*, II, 1738).

1 item ubi dicitur //
de cura et purpur.